



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Aldegvndis Virgo. Gandai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

ALDEGVNDIS VIRGO.

Gandavi.

20. Iulij. **F**ilia fuit S. Basini Reguli ac Martyris, quæ temporibus S. Amandi Trajectensis Episcopi circa annum 640 Deo seruiuit in Trunchinio iuxta Gandauum vbi cum patre quieuit in Canonicorum regularium Ordinis Præmonstratensis Abbatia per Iwanum à Gandauo Comitem Aloftanum anno 1137 fundata. De eadem plura vide in vita S. Basini patris eius 14. Iulij.

ADRIANVS INTERNVNTIVS.

Gandavi.

19. Mar **C**vm sancto Landoaldo Roma in Belgium venit à Martino Papa primo rogatu D. Amandi missus. Martyrem eum in fastis vocat Miræus. Sepultus fuit in Wintershouë & anno 980 ad D. Bauonis translatus, vitâ eius conscripsit Nodgerus Leodiensis Episcopus. Vide plura apud Gazaum in Historia Belgij Ecclesiastica.

ADELHARDVS ABBAS.

Huyssse pago Flandria.

2. Iann. **C**Orbeia duplex est vna Gallica seu Francica in diocesi Arabianensi, altera Germanica seu Saxonica in Diocesi Padebornensi, vtraque illustris Benedictinorum Monachorû Abbatia, hodieque florens. Francicam Bathildis regina Francorû eiusque filius Lotharius Rex ad Somonam fluuium fundarunt. Saxoniam ad visurgum fluuium anno 822. Ludouicus pius Imperator Caroli Magni